

Über die Observanz kassinesischer und süddeutscher Benediktinerklöster gegen Ende des 16. Jahrhunderts.

Von Abt Raphael Molitor O.S.B., St. Joseph-Coesfeld i. W.

Unter dem 14. Juli 1593 hatte Klemens VIII. dem Kassinesen Petrus Paulus Benallis den Auftrag erteilt, die Benediktinerklöster in Ober- und Niederdeutschland als Visitor Apostolicus zu besuchen und mit der Kassinesischen Kongregation zu vereinigen.¹

Diese Visitation wird in ihrem Verlauf, Erfolg und Mißerfolg im 2. Band meines Buches: „*Aus der Rechtsgeschichte benediktinischer Verbände*“, der im Sommer erscheint, ausführlich dargestellt. Sie hinterließ kein besonderes freundliches Andenken. Man glaubte nicht ganz mit Unrecht, Benallis habe ihr vor schnelles Ende selbst herbeigeführt, da er durch den wachsenden Widerstand entmutigt, nach Italien zurückkehrte, ehe er abberufen war.

Von mehreren süddeutschen Äbten über verschiedene Punkte der benediktinischen Observanz befragt, gab er die hier folgenden Antworten, die recht geschätzt, von manchen sogar als das dankenswerteste Ergebnis gerühmt wurden, das seine Anwesenheit in Deutschland gezeitigt hatte. Die Niederschrift ist nicht von ihm selbst, wie schon der Titel Abbas S. Sabine prope urbem beweist, der dem Titularabt von St. Barontius in der Diözese Pistoia nie zukam.

Die Fragepunkte erstrecken sich auf 33 Kapitel der hl. Regel. Ihre Beantwortung greift allerdings nicht immer in die Tiefe. Immerhin ergeben Fragen und Antworten zusammen ein anziehendes Bild über die Observanz der Benediktinerklöster diesseits und jenseits der Alpen. Im einzelnen betreffen sie das Äußere des klösterlichen Lebens: Tagesordnung Kap. 8, Kleidung Kap. 22, Klosterkirche Kap. 35, klösterliche Mahlzeit und Fleischgenuß Kap. 38, Trank Kap. 40, Essenszeit Kap. 41, auswärtige Mahlzeit Kap. 51, Tisch des Abtes Kap. 56, Recreation Kap. 42, Handarbeit und Studium Kap. 48, Frei-

¹ Das päpstliche Schreiben, diese Zeitschrift 1882, II, 383.

williges Fasten Kap. 49, Empfang der Gäste Kap. 53, Mönchsgewand Kap. 55, Klosterpforte Kap. 66. Andere Fragen betreffen den Chordienst (Chorbücher) Kap. 9, vom Klosterrecht und Cellerar Kap. 31, Peculium Kap. 33, Knaben im Kloster Kap. 37, Mönchsprofeß Kap. 58, Oblation der Knaben Kap. 60, Ordinatio Kap. 61, Entlassung aus dem Orden Kap. 28, 29, Entlassung eines Priesters Kap. 62, Abtwahl Kap. 64, Prior Kap. 65, Dekan oder Prior Kap. 21, Rangordnung Kap. 63, blutsverwandte Mönche Kap. 69, Rechte älterer und jüngerer Mönche Kap. 71.

Im Chorleben der deutschen Klöster bemerkte der Visitator eine große Verschiedenheit der Riten und Gesangbücher. Was er über Kerker und Entlassung aus dem Orden sagt, entspricht den päpstlichen Verordnungen jener Zeit. Die klösterliche Tagesordnung kann, seitdem die Mehrzahl der Mönche dem Priesterstand angehört, nicht mehr so eingehalten werden, wie die hl. Regel sie ergibt. Die tägliche Messe, das Studium und die Pastoration — letztere war den Kassinesen eben damals verboten — beanspruchen ihre Zeit. Der Bischof wohnt der Abtwahl nur an, falls der Konvent sich nicht einigt. Im italienischen Kloster ist die Wahl dem Konvent benommen; Abt, Prior und Dekane werden dort vom Regimen der Kongregation ernannt. Auffallen muß, daß über die Stabilität nichts gesagt wird. Und doch betraf gerade sie, mit der Abtwahl durch den Konvent, einen der wichtigsten Unterschiede zwischen kassinischer und süddeutscher Observanz. Benallis hatte, wie anderswo zu zeigen ist, darüber manche Auseinandersetzung, bis er sich dazu verstand, der deutschen Observanz den Vorzug zu geben.¹ Bei der Frage über den Fleischgenuß durfte man erwarten, daß die für Deutschland früher und, wie Benalli wohl bekannt war, von Klemens VIII. kurz zuvor erteilte Dispens nicht unerwähnt blieb. Interessant sind die Angaben über Rekreation, Handarbeit und Studium. Am wenigsten befriedigt, was er über die Profeß, Oblation und Ordination geantwortet hat.

Die Kongregation der Kassinesen hatte soeben durch Klemens VIII. neue Impulse erhalten und stand neben den Klöstern Süddeutschlands in hohem Ansehen. Von hier war die apostolische Visitation erbeten worden. Von hier hatte man wiederholt über Observanz und Verfassung der Kongregation sich durch die italienischen Mitbrüder belehren lassen.

¹ Zur Wahl des Priors vgl. Martène, *De antiquis monachorum ritibus*, (Antwerpiae 1765) C. 5, cap. 1, 47f., und PL 150, 156 (Hirschau); 738 (Cluny); 1254 (Farfa); 209, 902 (Cluny). Albers, *Consuet.* I, 143; II, 208 (Subiaco); IV, 134 (Fructuaria).

Wenn schließlich die unter so außergewöhnlichen Erwartungen ins Werk gesetzte Visitation scheiterte und Benallis weder die österreichischen noch elsässischen noch überhaupt die Klöster Mittel- und Norddeutschlands aufsuchte und die umfangreichen, von ihm entworfenen Generalkonstitutionen¹ nie Gültigkeit erlangten und ernstlich kritisiert wurden, so hat seine Wirksamkeit und der negative Ausgang seiner Mission doch dazu beigetragen, daß nicht ganz zehn Jahre später die schwäbische Kongregation ins Leben trat.

Das Original dieser Fragen und Antworten befindet sich im Staatsarchiv Zürich unter W II 2, S. 111—124, unter Akten, die vielleicht während des 30jährigen Krieges aus Konstanz (Abtei Petershausen) in die Schweiz geflüchtet wurden. Für die Photographien, die mir das genannte Archiv besorgte, möchte ich auch an dieser Stelle herzlichen Dank sagen.

Dubia quaedam circa S.P.N. Benedicti Regulam.

Ad quae respondit Reverendissimus Dns. Abbas Monasterii S. Sabinae prope urbem², P. Petrus Paulus, olim Abbas Cassinensis, cum a Clemente VIII. Pontifice Maximo, delegatus in utramque Germaniam Ordi-nis S. Benedicti visitatorem/ageret, Anno D. N./1593.

Math. 10. Qui vos audit, me audit.

[*Mönchskapitel*]. **Q.** (111r) Vix uspiam Patres non sacerdotes aut saltem non in sacris, admittuntur ad Capitulum. Alicubi tamen omnes professi admittuntur, etiam ad/electionem Abbatis quod tamen est contra Concilium sess. 22. cap. 4 de refor. Quis ergo/sensus Regulae?/

R. Secundum Regulam D. Benedicti omnes Monachi, tam initiati sacris, quam non in-itiati admittuntur ad capitulum et ad electionem Abbatis: Concilium vero Tridentinum/non abrogat D. Benedicti regulam, et antiquam Patrum nostrorum consuetudi-nem, ante et post Concilium a summis Pontificibus approbatam. Nam Concilium consti-tuit legem infuturum in Ecclesiis saecularibus, vel Regularibus ubi nulla erat/lex vel consuetudo, antiquam vero reliquit intactam./

Cap. 8. (Tagesordnung). **Q.** Surgitur fere ubique hora undecima; deinde dormitur cum magna optimi/temporis iactura. Quid secundum regulam? Quid fit in Italia?/

R. Patres Congregationis Cassinensis declarant secundum mentem D. Benedicti surgendum/(111v) esse ad matutinum, tempore hyemis, hora octava: quod apud Germanos est secunda/hora post mediam noctem, concedentes septem horas quietis, in quibus secundum/medicos fit cibi concoctio: nam antea indigesti surgerent, et male dis-/positi. Tempore aestatis quinta hora surgunt, quae apud Germanos est ho-/ra duodecima aut etiam prima; et duae horae quae desunt, conceduntur in/pomeridiana dormitione. Nam post prandium conceditur una ho-/ra ad deambulandum per hortum, vel quando datur licentia ad colloquendum/postea dato signo Monachi petunt cellas, ubi

¹ Sie werden in einem zweiten Artikel mitgeteilt.

² Irrtum. Der Verfasser war für die Dauer seiner Visitation Titularabt von St. Barontius, Diözese Pistoia.

habent duas horas quietis/vel dormitionis; quibus completis pulsatur ad Nonam./

Cap. 9 (Chorbücher). **Q.** Magna est varietas in Antiphonariis et officiis divinis. In singulis/Monasteriis lustranda haec omnia. Missale Benedictinum nuspiam,/ut opinor, est.

R. In officiis divinis maximum intercedit discrimen in Monasteriis Germania. Vix duo Monasteria conveniunt/in officii recitatione et in celebratione sa-/crorum. Quare redigi debent prout fieri potest, ad aliquam uniformita-/tem. In Italia conveniunt/in recitatione officii secundum Regulam, differunt aliquo-/modo in recitatione missae. Nam aliqui utuntur Missali Benedictino, ali-/qui vero Missali Romanae Curiae./

Cap. 21 (Dekan u. Prior). **Q.** Alicubi ut in Helvetia, Prior vocatur Decanus et tamen ibidem est Supprior/sine ullo Priore. Satis videtur ubique appellari Priorem. Quid secundum Regulam?/

R. Patres Cassinenses post Abbatem constituunt Priorem, qui secundum Regu-/lam dicitur Praepositus. Deinde constituunt Decanum vel Decanos plu-/res, secundum numerum Monachorum, qui dicuntur subprieores. Et in Monasterio/potest esse Prior sine Decano; sed nunquam Decanus sine Priore./

Cap. 22 (Nächtliche Kleidung). (112r) **Q.** Nuspiam dormiunt Monachi vestiti? Quid fit in Italia? Quid faciendum/in Germania?/

R. In Italia debent Monachi dormire vestiti, quando habent tunicellam, vel laneam/subuculam¹, et scapulare et sunt cincti aliquo cingulo. In Germania Mo-/nachos posse ita dormire, nulla emergit difficultas².

Cap. 28 (Entlassung aus dem Orden). **Q.** Quid intelligitur per ferrum abscisionis? Potestne Professus eiici? Secundo. Cur/nunquam inter Poenas B. Benedictus ponit Carcerem?

R. Ferrum abscisionis erat Monachi incorrigibilis eiectio extra Mona-/sterium, et tunc temporis licebat eiicere Monachos professos incorri-/gibiles extra Monasterium, sicut hac nostra tempestate dicimur eiicere/Monachos, quando deputamus eos ad triremem. De Carcere nullam D. Bene-/dictus facit mentionem, quod non arbitrabatur esse delinquentium/poenam, cum omnes Monachi degentes in claustris et nunquam ex illis ex-/euntes, dicantur, quasi in Carcerem coniecti. Atqui nostra tempestate/cum Monachi soleant saepius divagari, carcer est eis maxima poena³./

Cap. 29 (Leben des Ausgeschlossenen). **Q.** Quomodo intelligitur post tertiam Apostasiam non esse recipiendum, cum sit professus, nec possit foris manere?

R. Monachus expulsus a Monasterio, licet sit professus, potest foris manere du-/cens vitam eremiticam, vel in aliam religionem ingrediens. Quia/Patres expellentes eum, tacite concedunt aliam posse religionem eligere/vel eremum incolere. Nunc temporis non licet expellere simpliciter;/sed vel in vincula protervum Monachum coniicere, vel eum eter-/nis tenebris damnare, per Bullam Pii Quinti, Et sic dicitur Monasterio/(112v) expulsus, quia a consortio aliorum est segregatus./

Cap. 31 (Auswärtige Tätigkeit des Cellarars). **Q.** Cellararii debentne in conventu habitare? debentne immediate cum/rusticis agere: debentne omnia minuta per seipsos curare? possuntne habe-/re fideles famulos saeculares, per quos multa curent? debentne secundum/Regulam ipsi foras soli equitare ad pagos rusticorum?/

¹ Untergewand, Hemd.

² Vgl. Turrecremata, Regul. S. Ben. (Coloniae 1575) 251.

³ lc. 201.

R. Cellerarii extra conventum habitare non possunt, nisi quando coguntur, foris/pernoctare propter aliquam necessariam causam; ut tempore collectionis/frugum: debet semper habere socium secum, qui dicitur Monasterii fabricator(?), /qui negotia Monasterii exerceat cum personis utriusque sexus: non/potest cellerarius, nec equester, nec pedester ad aliquem lo-/cum se conferre sine aliquo comite vel famulo./

Cap. 33 (Peculium). **Q.** Potestne Abbas permittere usum pecuniarum ex oblationibus, ex/donis propinquorum, ex administratione officiorum? Estne tunc se-/curus et tutus Monachus in conscientia?/

R. Potest Abbas concedere Monacho pecuniam ad tempus propter/usum necessarium, et Monachus potest impune tenere pecuniam,/sciente et consentiente Praelato, dummodo paratus sit ipsam/pecuniam resignare sine animi perturbatione, quotiescumque Abbas/petierit, et quando expendit ipsam pecuniam, Monachus debet/(113r) Abbatem commonere, ad quem usum expenderit./

Cap. 35 (Klosterküche). **Q.** Servaturne hoc in Italia? praesertim cum coci sint seculares, et/pro hospitibus coquant, et sordida tractentur?/

R. In Monasteriis Italiae artem culinariam non exercent, nisi com-/missi sive conversi: Cocis laycis non utuntur./

Cap. 37 (Knaben im Kloster). **Q.** Quid intelligitur per infantes? si adolescentuli pro Monasterio, ut colli-/gitur ex cap. 70 Regulae, ubi debent habitare? in conven-/tu cum aliis vix expedit./

R. Adolescentuli tempore D. Benedicti recipiebantur in Monasterio, et habi-/tabant in loco remoto, vel in dormitorio separato, et apparebant/cum aliis tantum in refectorio, in choro, et in capitulo, ubi corrigi/poterant a Decanis: hac nostra tempestate non recipiuntur/pueri ante 15 annum, in quo sunt ad observationem Regulae/robustiores et firmiores, et manent in probatione per annum: quo com-/pleto admittuntur ad professionem./

Cap. 38 (Tischleser). **Q.** Estne necesse cantare quod legitur ad mensam? parum sic retinetur./

R. Ad mensam non est necesse cantare, sed propter commodum legentis permitti-/tur, qui citius delassaretur legendo, quam cantando, ratione/(113v) audientium melius esset legere.

Cap. 39 (Maß des Brotes. Fleischgenuß). **Q.** Quantum pondus est libra panis? 2^o. quid intelligitur per duo pulmenta-/ria? an etiam pisces et ova? licetne in fine caseum vel poma et simi-/lia adhibere? 3^o. cur dicitur quadrupedum? licete vesci gallinis et avi-/bus etc. 4^o. intelligiturne hoc tantum in refectorio? In itinere, in loco/so-/latii, cum hospitibus licetne vesci carni-/bus? Certe ex cap. 37. vide-/tur colligi tantum aegrotis concessas esse carnes./

R. Libra panis erat 27 unciae, sic legitur in quodam veteri codice cassinensi/et etiam in sancto Germano [sic] civitate Monasterii libra¹ adhuc tot uncias/continet, ut vix Monachus tantum panis possit comedere in 2 refectio-/nibus. Pulmentum² est obsonium, quod comeditur cum pane, sive coctum/sive crudum: Sed Patres Cassinenses: dicunt esse coctum, et unum est oleris, alte-/rum vero piscium, vel ovorum, et pro pulmento ovorum dantur bi-/na singulis. 3m. pulmentum sunt poma, vel leguminum nascentia,/ut sunt fabae recentes, cicera, et alia id genus: licet commen-/tator Regulae accipiat pro acetario his deficientibus. Patres Cassinenses/exhibent caseum loco pomorum. D. Benedictus prohibens carnes/quadrupedum prohibet etiam bipedum³, nam prohibens minus delicatum,/prohibet etiam magis, ut declaratur cap. carnem de conse. distinct./5, licet Monachorum nonnulli aliter censeant; qui dicunt quod fa-//(114r) vores sunt ampliandi, et poenae re-

¹ lc. 223. ² lc. 222. ³ lc. 224.

stringendae, cum D. Benedictus/mentionem faciat de carnibus quadrupedum, non intelliga-/tur de carnibus bipedum, quia aliter poennae ampliarentur, sed/hallucinantur, quia ut est videre in litera Regulae prohibet com-/estionem carniū in genere, inquit enim, carniū comestio ab omnibus ab-/stineatur, praeter debiles et aegrotos; sequeretur quod aegroti debe-/rent comedere carnes quadrupedum, quae sunt difficiliores digestio-/nis, et sani comederent carnes volatiliū, quae sunt faciliores con-/conctionis, quod absurdum est asserere. In itinere, et cum hospitibus non li-/cet vesci carnibus, nisi de licentia Abbatis, qui tacite vel expres-/se concedit Monachis in itinere con-/stitutis carnes comedere.

Cap. 40 (Maß des Trankes). Q. Quid est hemina vini? quanta mensura? Quomodo dividenda mane/et vespere, nam etiamsi non caenetur, est tamen aliqua refectiuncula./

R. Hemina vini non accipitur proprie pro medio sextario, sed pro quadam/mensura regionis Campaniae, quae adhuc servatur in Monasterio Cassinensi, con-/tinens 2 mansuras parvas, quae mediocriter poterant sufficere pro duabus refectionibus unicuique¹.

Cap. 41 (Stunden der Mahlzeit). Q. Hora 6a intelligiturne meridies? 2do. hora 9na intelligiturne 3. ho-/ras inaequales post meridiem. 3^o. quando comeditur hora 9. licetne/(114v) vesperi aliquid sumere? 4^o. In quadragesima estne omnino ieiunandum/usque ad occasum ferme solis? 5^o. Tempore paschali et aliis quando pran-/detur hora 6a. i. e. meridie, estne caenandum ante occasum solis? Ita enim/parvum spatii intercedit inter prandium et coenam. 6^o. Totane hye-/me, etiam diebus festis et Dominicis est ieiunandum, et comedendum/primum 3. horas post meridiem, seu hora 9na?

R. Haec observantia temporum ieiuniorum et refectioem, quam constituit D. Benedictus, his nostris diebus observari nequaquam potest, si-/ne magno Monachorum gravamine²: et ratio est, quia ipsi Monachi/olim erant in locis a civitatibus remotis; non habebant curam/animarum; non vacabant studiis, sed potius operibus rustica-/nis operam dabant: Atqui nostra tempestate Monachi sunt in/civitatibus, exercent curam animarum in pluribus Monasteriis, fa-/ciunt sacra, protrahunt officium propter commoditatem audien-/tium, non possunt sibi praescribere determinatum refectioem tem-/pus: Ideo Patres Cassinenses nullam de hoc capitulo, et de distri-/butione temporis circa refectioem mentionem faciunt,/ne Monachi ieiunantes in diebus quadagesimae usque ad/occasum solis refectioem protrahunt, ideo relinquunt hoc/(115r) capitulum intactum.

Cap. 42 (Rekreation). Q. Post prandium et caenam, quando illa est, possuntne fratres simul loqui, et se/honeste recreare? cum praesertim cap. 48 dicitur post sextam/surgentes a mensa, pausent in lectis. Germani non sunt a-/sueti post prandium dormire, possent ergo se recreare.

R. Post prandium et caenam fratres non possunt simul loqui, et se recre-/are sine licentia Praelati, possunt tamen deambulare per hortum/alter ab altero seiunctus. Licet D. Benedictus dicat post/6am. surgentes a mensa pausent in lectis suis, non intelligit/immediate, sed post aliquod temporis spatium se ad cellas/recipiant et quiescant ne caeteros perturbent: Sed hac nostra/ tempestate, quia Monachi initiantur sacris, et animarum/curam suscipiunt, permittunt patres Cassinenses ut post prandium/ in rebus literariis per horam se exercent.

Cap. 48 (Handarbeit und Studium). Q. Quo labore occupare se debent mane ad 4m. paene usque? 1o. ab/ortu solis, ad quartam, deinde ferme horam, ac deinde post 9. ad ve-/speram.? 2do. si a quarta ad 6 i. e. usque ad meridiem lectioni/vacandum est quando ergo recitabuntur horae, canta-

¹ lc. 226. ² lc. 228.

bitur sacrum?/3o. Qualis debet esse illa lectio, a quarta usque ad sextam, ac deinde post/cibum, quis debet eam praescribere? estne libera? 4o. ut post refectonem/(115v.) vacetur lectioni, videtur grave, praesertim diebus ieiuniorum/Regularium, quibus et largius comeditur semel, et cibi illi sunt/fumosiores et gravant caput. Quid fit in Italia? 5^o./Si frater fratri iungi non debet horis incompetentibus, ergo horis compe-/tentibus. Quae sunt autem illae horae competentes, quibus ni-/mirum fratres inter se colloqui, et recreare se possunt? videtur enim/hinc colligi aliqua esse talis hora in die. 6o. Qui diebus/festis legere vel meditari non potest, quodnam opus iniunge-/tur illi, salvo die festo?/

R. Quod labor non erat determinatus, nam tempore foeni/colligebant foenum; tempore frugum, colligebant fruges; tem-/pore vindemiae, faciebant vindemias: praeter haec operabantur in horto, plantabant, texebant cistellas, diversi diversa/operabantur: a quarta usque ad 6am lectioni vacabant, intelli-/gitur post sacrum, et officium divinum, cui nihil praeponenda-/tur. Loquitur de opere manuali tantum D. Benedictus, praesuppo-/nendo officium divinum; quia non recedebant prima hora, quando/prius absolvisset officium divinum et fecissent sacrum; quia tunc missa/non cantabatur, lectio autem erat ad placitum, vel erat potius/quaedam contemplatio. Post cibum qui volebant pausare/(116r) poterant vel legere, illa lectio non erat gravis, quia non/erat lectio speculativa defatigans intellectum, sed lectio spiritualis et devota, ut de vita patrum, vel de sermonibus SS./In Italia Patres Cassinenses aliam vitam, alios mores sibi constituerunt./Nam Monachi non operantur manibus, sed a prima hora usque ad/quartam absoluta prima vacant disciplinis: habent disciplinarum lecto-/res, qui legunt publice; a quarta usque ad 6am. cantant Missam/et absolvunt 3am. et 6m. horam; deinde prandent; surgentes/a prandio qui vacant studiis, conveniunt in aliquo loco, et/ibi repetunt lectionem, et postea canunt per horam, postea se/conferunt ad cellas usque ad 9; a nona usque ad vespas va-/cant orationi mentali et lectioni; a vespas usque ad completo-/rium repetunt scholas usque ad coenam: a coena post paulum tendunt/ad completorium, et a completorio cubitum sive ad cellas cum/silentio. Frater non debet iungi cum fratre horis incompetentibus, quae/sunt horae operis et laboris, quando exeunt foras ad laboran-/dum¹. Qui diebus festis legere vel meditari nesciunt, iniungitur/illis opus manuale, nempe ut deferant ligna ad culinam, impleant/(116v.) vasa aquis, purgant hospitia, et si sunt infirmi in Monasterio/serviunt illis in necessitatibus suis, et sunt alia opera, quae fieri/possunt salvo die festo./

Cap. 49 (*Freiwilliges Fasten*). Q. Illud quod additur ad ordinarium pensum fitne ita ut alii admadvertant?/qualis esset singularis abstinencia in cibo et potu./

R. Quod cum fratres sint in mensa communi,/bene possunt advertere abstinenciam alicuius;/nempe si reliquerit ferculum, aut biberit aquam, et possunt aedificari si voluerint./

Cap. 51 (*Auswärtige Mahlzeit*). Q. Qui foras missus, vesperi primum redibit, debetne ieiunus manere usque ad/vesperam, vix feret itineris la-/borem./

R. Frater si non potest redire ante vesperam, non potest extra cibum sumere, sed/debet aequo animo esuriem/ferre, si licentiam comedendi non acceperit²./

Cap. 53 (*Empfang der Gäste*). Q. Quae debentur servanda in hospitibus suscipiendis, ut de oratione, de proster-/natione, de occurso, de aqua manibus danda, de lavandis pedibus,/possuntne servari? servaturne in Italia 2do.

¹ lc. 206. ² lc. 243.

lectio debetne esse perpetua ad/mensam Abbatis et hospitem, ac servandum silentium. 3^o. possuntne fratres inser-/vire culinae Abbatis, in qua sunt etiam seculares. 4^o. posito quod in/culina famuli sint seculares, potestne una esse culina Abbatis et con-/ventus, ad evitandos sumptus duplices? 5^o In mensa Abbatis, li-/cetne ex Regula vesci carnibus? et cum ipso fratres comedentes,/possuntne etiam carnibus vesci.

R. Conditiones recipiendi hospitem bene servantur in Italia: nam cum primum hospes/ingreditur in Monasterium, pulsatur a ianitore campanella, et statim oc-/currit ei prior, et recipit eum, et ducit ad templum: ibi proster-nuntur/ante Sum. Sacramentum et orant, deinde osculatur eum, et ducit ad/hospitium, et ante coenam dat aquam manibus, et ante cubitum lavantur/pedes hospitis, sed non a priore, sed ab aliquo alio Monacho. In/principio coenae legitur aliqua lectio, et in fine ad aedificatio-/nem, et non est continuata, nec secundum mentem S. Benedicti/debet continuari, quia post lectionem exhibetur ei omnis humani-/tas, et familiariter colloquuntur. Sed hae conditiones servantur/tantum cum hospitibus religiosis eiusdem congrega-tionis. Possunt fratres inser-/vire culinae Abbatis, ubi sunt famuli secula-res, subservientes/ipsis fratribus. Eodem potest esse culina Abbatis et conventus in Monaste-/rio parvo. In magno non potest esse eadem culina sine fratrum perturbatio-/ne, quia eo multi hospites concurrunt, unde per-turbarentur fratres./Abbas in mensa sua potest vesci carnibus cum hospiti-bus, et cum fratribus, secundum/mentem D. Benedicti, et ita declarat Inno-centius 3. in capitulo cum ad/(117v.) Monasterium de statu Monachorum./

Cap. 55 (Mönchsgewand). **Q.** Quid est proprie cuculla? estne illa cum laxis manicis, qua utuntur in tem-/plo et foras prodeuntes? 2^{do}, qui sunt proprie pedules? suntne calcei ex/corio? 3^o. infra tunicas licetne habere thoraces¹, aut interulas², aut/etiam indusia? estne id contra Regulam? 4^o. quando femoralium fit mentio tantum/pro itinerantibus, debentne domi eae partes nudaee esse? certe mox dicitur/dandum esse cuique trachile³, quid illud est? suntne femoralia angustiora/et breviora? 5^o. quae sunt illa matta, sagum, lena? suntne matara-/cium, villosa culcitra⁴ seu schiavina⁵, et lanca linteamina? certe/linteamina, posito quod Monachi dormiant vesti-ti, vix ullum usum habent./6^o. per mappulam intelligiturne strophium⁶, an linteum ad tergendam/faciem? estne contra Regulam propter sudorem pedum gestare udones, seu soc-/cos lineos, et propter frigora uti plumis praesertim superioribus?

R. Cuculla est in 2 (sic) discrimine, quaedam est indumentum amplum et longum cum ma-/nicis amplis et laxis, et isto Monachi utuntur in templo, et cum/foras prodeunt, et dicitur proprie floccus, ut apparet in clement./de statu Monachorum. ne in agro: quaedam vero est indumentum/magis angustum, cum manicis strictis angustis, instar tunicae, vel sine/(118r.) manicis et ista dicitur proprie cuculla, qua utuntur Monachi domi, quando/comedunt, vel quando dormiunt. Pedules non possunt esse nisi calcei, li-/cet Patres Cassinenses interpretentur calceos cum udonibus⁷, et omnia quae pe-/des tegunt. Circa thoraces nulla in Regula fit mentio./nam D. Benedictus fecit Regulam in Monasterio Cassinensi, ubi est/maxima aëris clementia; et Monachi ibi non indigent mul-/tiplici veste, nam una villosa cuculla poterat bene eos defendere/a frigore. At postquam religio D. Benedicti per totum orbem/est dilatata, et cum multis in locis non sit eadem coeli clemen-tia, sed maximum rigeat frigus, Patres declaraverunt uti posse/et debere thoracibus, vel multiplici veste, secundum locorum intem-/periem. Huius rei gratia saepius D. Benedictus in regula sua/modum vivendi, procedendi, et

¹ Weste. ² interior tunica (Ducange). ³ Beinkleider (?). ⁴ Abge-nutzte Matratze. ⁵ Ärmliches Bett (?). ⁶ Halsbinde. ⁷ Überschuhe.

conservandi Abbatum iudicio dere-/liquit. Tempore D. Benedicti subuculae/vel indusia non erant/in usu, nec inter religiosos, nec inter seculares, sed veste¹ lanea tegebantur omnes, ut testatur Falconius: Et ideo ute-/bantur saepe balneis antiqui ad purgandas sordes./Postea vero inventa sunt indusia, et sublatus est frequens/(118v.) balneorum usus, ut est videre in Italia. Monachi tempore D./Benedicti balneis aliquando utebantur, sed hac tempestate sublatis bal-/neis, concessus fuit subucularum usus, quae saepe propter sordes lavan-/tur; sed subuculae non debent esse lineae, ut patet in cap. cum ad/Mon. Monachi nisi itineranter non deferebant femoralia,/ domi utebantur brevioribus femoralibus, quae tantum pudenda tegebant, et Monachorum plerique in Sicilia, adhuc morem hunc se-/quuntur; quia cum ibi non sit frigus, satis est, ut partes illae tuni-/ca tegantur. Matta est stratum vel matracium, quocumque tomen-/to² plenum: Sagum est stragulum³ villosum, sicut est grossa sarica,⁴ quod/super mattam collocatur: Lena est cooperimentum laneum;/de linteaminibus, nulla fit mentio, et in multis Monasteriis/Italiae non sunt in usu, sed in aliquibus Monasteriis indulgen-/tius procedunt utentes linteaminibus. Mappula intelligitur/pro quocumque manutergio. Gestare udones propter sudorem non/putant Patres esse contra Regulam, cum inter pedules⁵ connumerentur;/vel quia udones sint lanei vel linei, vel quomodocumque, sive/(119r.) propter munditiam sive propter frigus uti plumis supra lectum in Germania/necessitas fortasse cogit./

Cap. 56 (*Tisch des Abtes*). **Q.** Potestne aliquando, aut etiam debet Abbas comedere in conventu? et quando?/2do. Licetne per Regulam absentibus, fratribus comedentibus/cum Abbate vesci carnibus, et carere lectione ad mensam?/

R. Potest et debet Abbas comedere in conventu saltem in sacris SS. feriis;/ut disciplinam Monachorum conservet, licet Regula comedendi tempus ei non prae-/scribat. Abbates Itali semper comedunt cum Monachis in communi refecto-/rio, nunquam in camera sua, nisi hospitis praesentia sit eis impedimento./Abbates comedentes in camera sua cum aliquibus fratribus, possunt cum illis/vesci carnibus, ut cap. cum ad Mon.: De lectione autem est ad placitum, sed semper in principio solet haberi.

Cap. 58 (*Mönchsprofeß*). **Q.** Per conversionem morum, quid proprie intelligitur, secundum communem sensum Patrum/Italicorum? ubi fit votum castitatis, et paupertatis? 2do. debetne Novitius/omnino exui etiam caligis et calceis Abbatis [sic]. Id vero quando fit? Num quando primum/induitur habitu? At de hoc nulla est in Regula mentio. Unde ergo ha-/bitus Novitiorum? num quando professionem facit? At tunc vestes nullae, aut/asserantur, aut nunquam redduntur. 3o. Quid est illud in fine cap. Pro-/(119v.) iiciatur? potestne professus exui habitu Regulari, et dimitti?/

R. Conversio morum est aversio a vita carnali, ad vitam spiritualem:/sed vita carnalis in 3 mergitur vitio. 1m est concupiscentia carnis,/2m concupiscentia oculorum, quae est avaritia, 3m est superbia vitae./Quando Novitius promittit conversionem morum, intelligit aversionem a concupiscen-/tia carnali; et ab avaritia; et includit castitatem et paupertatem;/nam contrariorum uno reiecto, alterum infertur. Aversionem a superbia/exprimit per obedientiam; qui obediens est, humilis est; 3 igitur vo-/torum unum clare exprimitur; 2 vero implicite in conversione mo-/rum continetur. Vel potest dici sic; Novitius promittens conversionem/morum, promittit religionem; sed quia religio continet haec 3 vota,/promittit concomitanter haec 3 vota. Sed exprimit obedientiam,/quia est votum latitudinis, et maioris extensionis. Obediens enim/omnia praecepta custodit. Tempore D. Benedicti Novitius in veste laycali/erat in probatione unius anni; in fine anni admitte-

¹ Hemd. ² Polsterung. ³ Decke (Unterbett).

⁴ Bettuch cf. Turrecremata, ebd. l. c. 253. ⁵ l. c. 250.

batur ad/professionem, et exutus vestibus laycalibus, induebatur habitu Mo-/nastico. In reformatione Congregationis Cassinensis ordinatum est, ut Novi-/tius exuatur habitu laycali, et induatur habitu Monastico, sed/breviore habitu Monachorum professorum. Quando admittitur ad/ (102r) professionem, deponit vestimenta ista, et recipit cucullam, et indu-/menta professorum longa. Ubi dicit proiciatur, sensus est, quia tempo-/re D. Benedicti recipiebantur pueri septennes, ut legitur de S./Placido; qui vix erant rationis compotes, et per annum in probatione/existentes, admittebantur ad professionem, et servabantur/eorum vestes usque ad alterum septennium, quando erant magis rationis/compotes. Tunc si illi religionis taedio affecti, volebant recede-/re, restituebantur illis vestimenta eorum, nec inviti in re-/ligionis observatione detinebantur. Nec credendum est illas/vestes servari posse, usque ad mortem vel ad extremum vitae,/quia a tineis corrosae, ad nullum fuissent usum. Nec Monachus/si post 20 annos voluisset discedere, potuisset illis uti./Postea iure cautum est, ne Novitii recipiantur ante 15 annum,/nec ad professionem admitti debeant, nisi compleverint 15,/quia tunc aetate et ingenio sunt firmiores, nec possunt am-/plius discedere, nec proiici, sed si sunt nebulones et protervi,/vel tenebris damnantur, vel alicui graviori poenae sub-/duntur./

Cap. 59 (Oblation der Knaben). **Q.** Qualis est oblatio illa, et quantam vim habet, cum voluntas parentis/(120 v.) non possit obligare filium. 2do. quomodo possunt promittere se nihil/unquam daturos filiis oblati, cum filii oblati non sint obli-/gati manere, et recedere possint?

R. Parentes non possunt obligare filios ad Religionem ipsis renuen-/tibus, sed bene consentiantibus, cum ipsi pueri habent usum rationis, quo possint/ ad votum obligari./

Cap. 60 (Ordination). **Q.** Quid est illud ordinationis causa? estne ut exercent ordines sa-/cros faciendo missas, an vero, ut ordo servetur in Monasterio/quia sit Decanus, vel aliud officium gerat.

R. Presbyter, vel sacerdos in congregatione receptus potest altio-/rem locum tenere ordinationis causa, i. e./administrationis Sacra-/menti, vel celebrationis Missae, vel alicuius rei, [velut] praedicatio-/nis vel lectionis causa, nam eo tempore Monachi non initia-/bantur sacris, ideo honorabant sacerdotes, etiam ratione sacer/dotii, non persona, concedebant altiorem locum./

Cap. 61 (Fremde Mönche). **Q.** Licetne per regulam suscipere Monachum incognitum, ex Hispania/verbi gratia, vel gallia venientem? quid si ille sit fugitivus: quid si impostor? 2do talis susceptus debetne sedere ultimo loco?/(121 r.) debetne subire annum probationis? debetne iterum profiteri? 3o. Li/cetne per Regulam suscipere Monachum alterius religionis,/cum bona voluntate superiorum priorum? debetne is tunc pro-/bari per annum, ac de novo profiteri?

R. Monachus peregrinus et incognitus sine literis testimonialibus/sui superioris in alio Monasterio non suscipitur, nisi per 3 dies./Si habet literas superioris sui, suscipitur in Monasterio, et te-/net locum suae professionis inter Monachos, nec indiget a-/lia probatione, nec debet iterum profiteri, cum semel in suo/Monasterio fuerit professus. Monachus alterius religionis/debet iterum per annum probari et profiteri. Verum si fuerint men-/dicantes, nullo pacto recipiuntur, per extra vag. Martini 4./Cap. ambitiosae cupiditatis./

Cap. 62 (Entlassung des Priestermonds). **Q.** Quomodo potest proiici Sacerdos professus de Monasterio, potestne dimitti,/ut fiat parochus, vel Sacerdos secularis? 2do quomodo admonen-/dus est Episcopus? ut illum puniat, an ut illum suscipiat? Quid si Monasterium/sit exemptum? Estne adhuc consulendus Episcopus?

(121 v.) **R.** Sacerdos professus proiectus de Monasterio non potest dimitti, ut fiat pa-/rochus, quia qui sibi est nequam nemini est bonus, imo

admonendus est Episcopus, ne/illum parochiali Ecclesiae praeficiat, etiamsi Abbas sit exemptus, ne suo malo/exemplo subditos ad perniciem trahat./

Cap. 63 (Rangordnung). **Q.** Debetne iunior quemcumque priorem se appellare Nonnum vel dom-/num, at sic etiam valde iuniores appellabuntur Nonni. An forte per priores/intelliguntur Sacerdotes? 2do. nusquam appellantur Nonni, sed Dominus in I-/talia. Quomodo ergo solus Abbas appellabitur Dominus? 3^o. debetne quisvis iu-/nior in Monasterio a priore seu seniore se petere benedictionem?/at sic aliquando grandis et Sacerdos petet ab adolescentulo/benedictionem? 4^o. debetne iunior cuicumque seniori se in Monasterio/assurgere, nec sedere nisi senior illo iubeat? servaturne/in Italia? 5^o. Quos intelligit pueros parvulos non dum haben-/tes intelligibilem aetatem./

R. In Italia omnes Monachi tam seniores quam iuniores, tam professi,/ quam Novitii dicuntur Donni propter commissos vel oblatos, qui/appellantur fratres. Abbas vel Donnus vel Dominus appellatur./Nonnus non est in usu in Italia, nisi apud vulgares et/rusticos: fortasse antiquitus erat in usu. In Monasteriis Italiae/iuniores tamen qui non sunt in sacris, si occurrant senioribus/(122r.) nempe Decanis, flectentes genua, petunt benedictionem,/ sed istud fit post completorium, sive post salutationem Ange-/licam; Sacerdotes nec flectentes genua, nec petunt bene-/dictionem. Iunior semper assurgit seniori, sive sit Sacerdos/sive non, et praesente seniore, non audet ipse sedere, nisi/cum eius licentia. Puer parvulus intelligitur ille, qui non est/ speculationis capax, licet habeat usum rationis./

Cap. 64 (Abtswahl). **Q.** Secundum Regulam debetne interesse ordinarius, vel alius eius loco?/Quid fit in Italia? qui eligunt proprie? qui assistunt electioni? Qui publicant electionem?/

R. Ordinarius non debet interesse electioni Abbatis, si Monachi sint concor-/des, et eligant meliorem; si vero sint discordes, ordinarius poterit inter-/esse, vel alter loco eius, ut melior eligatur. In Italia praesidens cum/ regimine Praelatorum, qui dicuntur definitores, eligit Abbatem, et electio-/ nem publicat. De electione Abbatis, priorum et Decanorum conventus nullum/ius habet in Italia./

Cap. 65¹ (Prior). **Q.** Potestne secundum Regulam Monasterium ali- quod carere priore et gubernari per Decanos? sane ita videtur. Quis tunc loco Abbatis in conventu rem/administrabit? 2do. Quis occurrat hospiti? Quis illorum decano-/(122v.) rum erit Archidecanus? 3^o. Illud cum concilio fratrum intelligiturne/per vota et suffragia, praesertim definitiva, an tantum consultiva?/4^o. Quo debet expelli prior male se gerens?/

R. Sicut aliquod Monasterium potest regi per priorem sine Abbate ita po-/terit regi per Decanum vel Decanos sine priore. In tali regimi-/ne nulla est lex, sed usus. Et in aliquibus Monasteriis Italiae non est/nec Abbas, nec prior, sed Decanus, qui in omnibus muneribus obeundis/gerit vicem Abbatis vel prioris. Et si sint et Decani, qui est professio-/ne antiquior, est coeno- biarcha. Abbas in electione praepositi, utitur/consilio fratrum, nempe ut unusquisque de electione melioris sententiam/proferat: Deinde sequuntur olim secreta suffragia definitiva./Prior si male se gesserit, deponetur. Prior depositus persistens/in nequitia expellitur sicut unus ex aliis sacerdotibus/. Licet nunc temporis nec fiat, nec fieri possit, per bullam Sixti 5./Immo Monachus fugitivus, est requirendus et reducendus/ad gregem, convenienti tamen paena multatus./

Cap. 66 (Klosterpförtner). **Q.** Ostiarius ille debetne esse Monachus? 2di. ad quam portam/debet manere, et cellam propinquam habere? ad portamne conventus, an ad portam Monasterii: At prima porta longe est/

¹ Im Original irrtümlich 68.

(123r.) posita a conventu, ut cellam ibi habere non expediat Mo-/nacho. Ingrediuntur eam rustici, faeminae, famuli seculares, stabu-/larii etc. 3º. officinae illae, molendinum, pistrinum, debentne per/conversos, an per seculares administrari?/

R. Non necesse est, ut ostiarius sit Monachus, satis est, quod sit vir maturus/et prudens, vel sit commissus, vel sit secularis fidelis, qui debet ha-/bere cellam iuxta portam, quae porta cum sit procul a conven-/tu et a choro, si esset Monachus ibi, non posset interesse choro,/et officiis divinis, ac multas perturbationes reciperet, ob/praetereuntium frequentiam. Officinae exercentur a secularibus./Si conversi sint idonei ad hos labores perferendos, satius esset/per eos administrari. Pistrinum est in Monasterio, et in multis Monasteriis/per comissos exercetur. Molendinum, aut rarum, aut nullum est/in Monasterio, ideo opus illud est laycorum./

Cap. 69 (*Blutsverwante im Kloster*). Q. Estne aliquo statuto cautum ne fratres germani, aut consanguinei in/eodem sint Monasterio./

R. Fratres germanos in eodem esse Monasterio nullo iure cavetur, nisi for-/tasse aliqua consuetudine, quae me latet./

Cap. 71 (*Rechte älterer über jüngere Mönche*) (123v.) Q. Licetne cuivis seniori imperare iuniori verbi gratia defer aquam, verre/hunc locum, purga meam vestem etc. ac teneturne iunior ta-/li obedire? Si non de qua ergo obedientia intelligitur hoc/capitulum? 2 do. licente cuivis seniori alium iuniorum reprehendere/et verbis castigare?/

R. Licet senioribus, nempe Decanis imperare iunioribus, quod ob/sequia politica, et communia, non autem quoad obsequia servilia et/propria verbi gratia possunt imperare, ut verrat pavementum Sacristiae, si est Sacrista, et ut adferat aquam ad infirmum, si est infirmarius/possunt igitur praecipere negligentibus, ut faciant exercitia sibi com-/missa, sed non possunt cogere, ut sibi ipsis serviant (Monachis/nempe) fratribus vero commissis et oblatiis, bene possunt imperare,/ut sibi ipsis serviant. Non licet senioribus iuniores re-/prehendere, extra capitulum. In capitulo vero, non tantum licet re-/prehendere, verum etiam eos castigare, et pro quocumque non probe facto/in eos graviter animadvertere, paenitentias illis iniungere./ Secundum regulam, non excedendo regulae modum. Extra capitu-/lum tantum eos monere possunt. Et quotiescumque loquimur de senio-/ribus, intelligimus tantum de Decanis. Nam si sint Mo-/nachi etiam senio confecti nullam habent/corrigendi facultatem, nisi extiterint/Decani./

Finis.

Omnia ad Maiorem Dei gloriam.